

portabant arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librum istum, et ponite eum in latere arcæ Domini. Quæ solutio mihi difficilis non est. Porrò tamdiù puto ad latus arcæ positum, servatumque Deuteronomium, donec constructum fuit à Salomone templum. Cùm enim non esset locus, in quo servari tutò ac religiosè posset extra interiorem illum secessum, ibi ad templum usque Salomonis repositum est. At cùm in templo gazophylacia essent et secessus alii, ut possent res sacræ servari commodè, sublatum est inde Deuteronomium, et in aliud templi conclave traductum. Sanè inter templi thesauros fuisse repertum, legimus lib. 2 Par. c. 34, v. 14: *Cumque afferrent pecuniam, quæ illata est in templum Domini, repetit Helcias sacerdos librum legis Domini per manum Moysi.*

Alii dicunt, licet antiquioribus seculis in arcâ non fuerit virga, et urna, fuisse tamen posterioribus, in quibus etiam vixit Apostolus. Ita putant Theophylactus in locum Pauli, et Bellarminus t. 1, lib. 1, cap. 17; Canus 2, de Locis cap. 11; Michael de Medina, lib. 6 de rectâ in Deum Fide, c. 25. Qui credunt tempore, quo à Babylonis exicisum fuit templum, à Jeremiâ, ne virga Aaronis et urna perirent, fuisse in arcam conclusa. Aut certè cùm postea à gentilibus plurima passum esset templum, quorum prædæ atque impietati patuerat, Græcorum videlicet, et maximè Antiochi; et postea Romanorum tempore Pompeii, statuerunt sacerdotes, aut quibus commissa fuerat sacrorum, templique custodia, quæ juxta arcam antea fuerant jussa reponi, illa intra arcam, tutiori videlicet loco clauderentur. Quæ tempora assecutus est Apostolus. Hæc tamen solutio duobus maximè laborat incommodis. Alterum est, quia nondùm est certum an in secundo templo à Zorobabele collocata fuerit arca, quam ex priori Jeremias sustulisse traditur, et in speluncam abdidisse. Certè Josephus negat lib. 6 de Bello c. 6, quo tempore templum eversum est à Romanis, aliquid fuisse intra Sancta sanctorum. « Intima, inquit, templi pars viginti cubitorum erat; discernebatur autem similiter velo ab exteriori: nihilque prorsus in eâ erat positum, inaccessa verò, et inviolata, et invisibilis omnibus habebatur, Sanctumque sancti vocabatur. » Alterum est, quia, ut satis constat è litterâ, Paulus non de Salomonis templo, et multò minùs de secundo Zorobabelis loquebatur, sed de tabernaculo Moysi; quare ista solutio non satis videtur ad adversariorum objectionem.

Placet magis, et omninò, fuisse primùm in arcâ virgam et urnam, non quia pro illis esset destinatum augustum illud claustrum, et insigne sacrarium, quod erat quasi quoddam legis archivium, seu tabularium; sed quia cùm instabile esset, et vagum tabernaculum, non satis commodè videbantur alio in loco virga, et urna locari, aut traduci posse commodiùs: cùm autem extractum fuit templum, id est, stabile Domini, atque arcæ domicilium, fueruntque loca religiosa, et lauta; ubi duo illa divinæ liberalitatis, atque providentiæ monumenta cum dignitate servarentur extracta fuerunt ex arcâ, ut suis deinde sedibus, quasi in thesauris reposita servarentur. Quod licet paulò obscurius, indicat tamen hic locus, in quo nunc nostra versatur opera; ideò enim dicitur in arcâ nihil fuisse tunc aliud, præter tabulas legis, quia ante illud tempus aliquid aliud fuerat in arcâ repositum; quod tunc ideò videtur extractum, quia arca pro servandis tabulis erat instituta: aliorum autem non erat tam domus propria, quàm ad breve, definitumque tempus commodatum hospitium, donec propriam haberet domum, quod cùm jam haberet in templo novo, non erat, cur alienam domum deberet occupare diutiùs.

At dices jussum esse à Deo Num. 17, v. 10, ut virga Aaron in tabernaculo servaretur, non in arcâ, et idem de urnâ aurâ, manna Exod. 16, v. 33. Respondeo neque hoc, neque alio loco prohiberi, aliud quidpiam in arcâ concludi. Quare non est mirum, si Moyses tunc, aut alii sacerdotes, cùm Moyses in vivis esse desiit, quia id putabant ad religionem pertinere, ad certum aliquod tempus simul cum tabulis in arcâ servaverint. Et fortassè eâ de re mandatum postea accepit à Domino Moyses, sicut alia plurima accepisse creditur, quæ tamen sacris monumentis mandata non sunt. Sanè multa scripta sunt alibi à scriptoribus sacris, quæ pondus habent canonicæ fidei, quæ tamen suis temporibus à Moysè fuerunt prætermissa. Quàm multa sunt de hoc ipso tempore, eaque illustra quæ nunc ignoraremus, nisi in libro Sapientiæ à capite 16, ad finem usque libri legissemus. Quis unquam audivit in libro à Moysè conscripto flevisse Jacob cùm luctaretur cum Angelo? At illud habemus apud Oseam c. 12, v. 4. Neque desunt in Paulo ejusmodi exempla, qui aliquando supplet, quod fuerat priùs à Moysè præteritum. Non tradit Moyses illorum sapientium et Magorum nomina, qui c. 7, v. 11, sese in *Egy-*

ptio opposuere Moysi; at docuit Paulus 1 ad Tim. cap. 5, v. 8, qui illos docet appellatos esse Jamne et Mambre. Non habemus à Moysè respondisse ipsum Deo: *Exterritus sum, et tremebundus*; sed habemus à Paulo Epist. ad Hebr. 12, v. 21. Ut ergo Paulus multa alia tradidit, quæ non tradiderunt Evangelistæ, sic etiam alia, quæ ab aliis fuerunt scriptoribus ommissa; aut quia ex antiquâ traditione didicerat, cùm esset antiquæ legis scientissimus, quique operam strenuam dederat Gamalieli magistro, ut putat Theophylactus, aut potiùs, quia ut divinitus accepit Evangelium, sic puto de antiquâ lege plurima etiam accepisse divinitus.

Illud ad extremum addo, quibusdam videri difficile, in arcam, quæ duos tantùm cubitos et semissem longitudinis habuit, ut constat Exod. cap. 25, v. 10, Aaronis virgam, quam baculum esse putant, potuisse concludi. Ego primùm puto viatorium baculum ad hominis commodum usum brevem non esse, etiamsi longitudinem arcæ non excedat. Deinde credo virgas illas, quæ allatæ sunt in tabernaculo, ut ex illarum germinatione constaret, quod esset Domini de summo sacerdote judicium, non esse viatorias, sed quas conferre voluerunt familiarum principes ad illam electionem sacerdotis maximi, in quibus principum inscriberentur nomina, ut faciliùs illæ distinguerentur ab aliis certâ notâ, cui sacerdotium summum germinans divinitus virga detulisset. Aut fortassè virgæ fuerunt principibus illis tribuum familiares, et eorum magistratum, atque ordinum insignia. Quales habuerunt quondam reges et duces exercituum, quos Hispani *bastones* appellant, quæ non tam levant, ac sustinent incumbens corpus, quàm oneri sunt; sicut regum sceptrâ, quæ non tam hominem portant, quàm cum dignitate portantur ab homine. Quòd si baculum fuisse statuamus, cumque longiorem arcâ testamenti, quodnam tantum esset scelus, si dicamus partem aliquam ejus fuisse detruncatam, ex eo loco, ex quo neque frondes, neque surgentes gemmæ, neque erumpentes jam fructus prodierunt?

VERS. 10. — FACTUM EST AUTEM CUM EXIISSENT SACERDOTES DE SANCTUARIO, NEBULA IMPLEVIT DOMINUM (1). Quamdiù arca non erat in

(1) *Une nuée remplit la maison du Seigneur, et les prêtres ne pouvaient plus faire les fonctions de leur ministère à cause de la nuée, parce que la gloire de Dieu avait rempli tout le temple. Rien ne pouvait guère nous donner une idée plus*

sanctuarium, seu, ut vocatur alibi, oraculum sæpius, introducta, non censebatur ille locus adeò religiosus et sacer, ut sacerdotes alii, qui non essent summi, ab illius prohiberentur

grande de la haute majesté de Dieu, qu'une circonstance si remarquable. Il ne fait point éclater sa gloire ni par des rayons d'une lumière brillante, ni par des foudres ou par des éclairs. Et il se sert seulement d'une nuée, comme pour apprendre aux hommes que toutes ces pompes extérieures et toutes ces magnificences d'un temple même tout brillant d'or perdent leur éclat en sa présence. Il est marqué que les prêtres, tout obscurcis par cette nuée ne pouvaient plus s'acquitter des fonctions de leur ministère, pour nous figurer en quelque sorte que ceux qui semblent par leur dignité s'approcher plus près que les autres de la gloire du Seigneur, sont aussi plus que les autres pénétrés de sa grandeur infinie, qui fait disparaître tout à leurs yeux pour ne voir plus que lui seul, quoiqu'ils ne puissent le voir en ce monde que sous les nuages et les obscurités de la foi. Mais plutôt à Dieu, disent les saints Pères, que ceux qui approchent aujourd'hui du saint temple, ne fussent environnés que de cette sorte de nuée qui accompagne la vraie foi, et non d'une autre qui naît de leur propre fonds, et d'un fonds de corruption et d'aveuglement! Plût à Dieu que l'amour du monde et des ensorcellements du monde ne leur causât point un esprit d'étourdissement qui les empêche, comme il est dit en ce lieu, de se tenir debout dans le temple: *Non poterant stare!* Ce n'est point Dieu qui habite dans cette nuée, mais c'est l'esprit de ténèbres.

Saint Grégoire nous a encore expliqué d'une autre manière cette nuée qui remplit le temple de Salomon, et qui empêchait les prêtres de s'acquitter de leur ministère. Car il dit que l'orgueil des prêtres Juifs ayant empêché qu'ils ne pénétrassent les divins mystères de la loi nouvelle, ils se trouvaient comme enveloppés d'une nuée au milieu de la lumière de la vérité qui les environnait. « C'est ce qui faisait, dit ce saint pape, que, lors même que Jésus Christ leur parlait très-clairement, ses paroles étaient pour eux toutes pleines de l'obscurité de cette nuée. Car qu'y avait-il, en effet, ajoute-t-il, de plus clair que ce qu'il leur dit: *Nous ne sommes qu'un, mon Père et moi?* Et comment leur pouvait-il encore parler plus clairement, qu'en leur disant: *J'étais avant qu'Abraham fût au monde?* Mais parce que l'incrédulité obscurcissait leurs esprits, il est vrai de dire que ces rayons éclatants du soleil de la vérité leur étaient cachés par une nuée qui empêchait qu'ils n'en fussent éclairés. *Emissum solis radium nebula interjacens abscondebat.* »

« La même chose, continue ce Père, nous arrive encore à nous autres, qui sommes fidèles, qui ajoutons foi aux célestes vérités qu'on nous annonce, et qui aimons ce que nous croyons. Car si nous nous laissons accabler par plusieurs soins inutiles, nous tombons dans une espèce d'obscurité intérieure qui nous enveloppe comme cette nuée, lorsqu'il plaît à Dieu de parler à notre cœur.

ingressu : sicut olim in tabernaculi interiorem domum, et postea in templi interiorem secessum non admittebantur. Fuit autem hoc omnino necessarium, quomodo enim aliter arca, quæ tam erat gravis, poterat ab uno summo sacerdote induci, et in loco arce designato commodè locari? Eandem ob causam cum moverentur castra, in domum interiorem intrare poterant cum sacerdote maximo sacerdotes alii; quia quod tunc exigebat ille rerum articulus, sacerdos unus obire non poterat. Vide Numer. c. 4, v. 4. At ubi nihil supererat negotii, quod non nisi à pluribus præstari posset, Deus sibi locum illum sic voluit esse proprium, ut ab uno tantum sacerdote maximo vellet adiri, idque tantum semel in anno. Cumque secundam quoque domum sibi vindicaret, suis tantum ministris, id est, sacerdotibus patere voluit, cæteramque turbam laicam atque profanam arceri iussit. Atque ideò nebula totam domum implevit, quasi in eâ vellet regium thronum constituere sibi, quod esse nubem, aut nebulam ex Scripturâ sacrâ sæpè didicimus. De nube diximus aliquid in nostris Commentariis super Acta, ad illud c. 1 : *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.* De quâ Psal. 103 : *Qui ponis nubem ascensum tuum,* et in totâ Israelitici populi peregrinatione Deus sæpè dicitur aut apparuisse in nube, aut de nube fuisse locutus. Chrysostomus, Homil. 2 in Acta, nubem cæli symbolum vocat, et divinæ potentiae signum, et ideò in Ascensione missam esse dicit nubem, quasi regium vehiculum, ut ostenderetur Christus rex esse cælorum. De nebulâ, seu caligine hoc idem audimus non minus sæpè. In monte Sinai de medio caliginis vocavit Moysen Exod. 24, v. 16, Exod. 19, Deut. 4 et 5, ad Hebr. 12 : *Posuit tenebras latibulum suum, et caligo sub pedibus ejus.* Quare ut significaret Deus admittere se domum à Salomone constructam, illud signum ostendit, quod suæ præsentiae voluit esse familiare, quodque homines, qui aliquantulum essent in lege versati, non ignorabant. Atque ideò Salomon sibi ipsi gratulatus, cum videret domum obscurari nebulâ, certus de divinâ præsentia dixit : *Dominus dixit ut habitaret in nebulâ.* De quo statim.

Hic duo nobis explicanda sunt. Alterum est, an illa nebula, seu caligo tantum impleverit oraculum, id est, conclave secundum et in-

« *Dum quibusdam supervacuis curis preminur, obductâ confusione caligamus, et velut in nebulâ Dominus auditur.* » (Sacy.)

terius, aut etiam exteriorem domum sacerdotibus omnibus communem et perviam, et adhuc sacerdotale atrium, ad quod profana turba nullum habuit accessum? Placet quod hic opinatur Abulensis q. 8, non tantum oraculum, et domum illi adjunctam, sed sacerdotale atrium plenum etiam fuisse caligine. Quod ideò probat, quia sacerdotes dicuntur eâ circumfusi caligine, non potuisse ministrare : at sacerdotum ministratio non fuit in oraculo, ubi unus tantum poterat summus sacerdos ministrare, et in adjunctâ domo nullum tunc poterat esse ministerium, nisi impositio thuris in altari thymiatis, aut lucernarum compositio, quod opus non erat sacerdotum omnium, sed unius. Exod. 30 : *Adolebit incensum super eo Aaron : quando componet lucernas, incendet illud,* etc. Et sanè Zacharias pater Joannis Luc. 1, solus intraverat in Sancta ad incendendum thymiama, quando illi Angelus apparuit. Præcipua ministratio sacerdotum omnium erat in atrio, ubi cædebantur et immolabantur victimæ, ubi erat altare holocausti, ubi eo die tanta fuit victimarum cædes; tanta illarum oblatio, quanta postea fortassè nunquam, ut constat infra v. 65, ad quod opus necessarii videbatur, ut quamplurimi ex ordine Levitico primæ dedicationi templi sacrificalem operam impenderent. Quantam enim ministrorum multitudinem esse oportuit, cum boum viginti duo millia, et ovium centum viginti millia essent sacrificanda? Et quidem lib. 2 Paral. c. 5, v. 11, omnes sacerdotes, quotquot tunc inveniri potuerunt, in illud opus et diem sanctificati sunt : *Omnes, inquit, sacerdotes, qui ibi potuerunt inveniri, sanctificati sunt : nec adhuc in eo tempore vices et ministeriorum ordo inter eos divisus erat.* Deinde addit ibi quoque interfuisse Levitas et cantores, et cum iis fuisse centum et viginti sacerdotes, qui tubis canerent. Quot autem ibi intervenisse existimabimus, qui in tantâ celebritate, et infinito penè numero victimarum sacrificalem operam impenderent? Deinde quia Deus præcipuo quodam modo sibi vindicare voluit loca illa, suo præsertim nomini, et cultui consecrata, in quibus nihil esse voluit, nisi sacrum, atque ideò, ut diximus, nebulam offudit, in quâ ipse habitare, et suam ibi hominibus majestatem ostendere solitus est. Quod cum sacerdotes ex sacris monumentis satis cognovissent, facillè intellexerunt eo in loco Deum stabilem sibi præparasse mansionem; maximè cum didicissent præceptum esse à Deo, ne prius sacerdos in Sancta san-

ctorum introiret, quàm summus ex accenso aromate totam illam domum impleret, ne quisquam arcam ex domo exteriori conspiceret, idque singulis annis ad mensem septembris accuratissimè observari viderent. Sic autem Lev. c. 16, v. 12 : *Assumpto thuribulo, quod de prunis altaris impleverit, et hauriens manu compositum thymiama in incensum ultra velum intrabit in sancta, ut positus super ignem aromatibus, nebula eorum, et vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, ut non moriatur.*

Alterum est, qualis fuerit illa sive caligo, sive nebula. Quidam dicunt, ut refert Abulensis q. 8, illam nebulam fuisse nimis lucidam, sicut fuit illa, quæ tunc apparuit, quando Christus transfiguratus est, atque ideò sacerdotes videre non potuisse, quia non minus splendor magnus impedimento est, dum oculorum perstringit, et hebetat aciem, quàm densæ nebulæ, dum oculis tenebras offundunt. Cui cogitationi nonnihil videtur suffragari, quia illa nebula gloria dicitur Dei : *Impleverat enim gloria Domini domum Domini*; gloria verò non aptè cum obscuritate consentit. Sed dicendum est illam nebulam omnino fuisse caliginosam, quod apertè constat ex lib. 2 Par. c. 5, v. 12 : *Ita ut impleretur domus Dei nube, nec possent sacerdotes stare, propter caliginem; compleverat enim gloria Dei domum Dei.* Ex quo loco illorum etiam evertitur cogitatio, qui putant nubem illam, aut nebulam ex unâ parte splendentem et lucidam fuisse, ex alterâ densam et obscuram, qualis fuit illa nubes, de quâ Exod. 14, v. 20 : *Inter castra Ægyptiorum et castra Israel, erat nubes tenebrosa, et illuminans noctem.* Tenebrosa Ægyptiis, lucida, atque illuminans Hebræos. Sed si hæc nebula hoc se haberet modo, illuminaret sacerdotes qui sacro fungerentur munere, profanis, qui extra sacerdotale atrium erant, tenebras objiceret. At sacerdotes dicuntur propter nebulam, et caliginem non potuisse ministrare. De hæc nebulâ sic Josephus lib. 8 Ant. c. 2 : « *Postquam sacerdotes ex sanctuario exiverunt, repente globus nebulæ non asper, nec qualis hyberno tempore gravidus pluvia condensatur; sed diffusus ac temperatus in templum influxit. Et primum sacerdotum visum, ut vix seipsos cernerent, obscuravit. Deinde in omnibus eam cogitationem excitavit, quòd Deus in templum præsens ac libens hoc domicilium sibi optaret.* » (1)

(1) VERS. 11. — ET NON POTERANT SACERDOTES

VERS. 12. — TUNC AIT SALOMON : DOMINUS DIXIT, UT HABITARET IN NEBULA. Videtur hoc loco Salomon sibi de excitato templo gratulari, cum videat, aut gravi conjecturâ suspicari possit, opus illud regis elaboratum impensis, probatum et acceptum esse Domino. Quod ex eo homo prudens, et divino illustratus lumine cognovit, quia Dominum habitasse in caligine didicerat, ut paulò ante vidimus, et subita illa nebula, cum nulla illius appareret naturalis causa, à Deo videbatur esse diffusa. Ubi autem Dominus dixerit, *in nebulâ*, seu, ut habes 2 Par. 6, v. 1, *in caligine*, habitaturum esse, incertum est. Fortassè id dictum Salomoni fuerat, cum alia illi Deus revelavit innumera. Sed est, unde id collegerit Salomon, à Domino prædictum. Primum cum Levit. 16, v. 12, impleri iussit oraculum fumo, antequàm in illum ingrederetur : tunc enim satis ostendebat velle se, dum homines adessent, in caligine morari; sed præcipuè id didicit, et omnino apertè ex Levit. c. 16, v. 2 : *In nube apparebo super oraculum.* Illud autem idem esse videtur, quod habitare Dominum in nebulâ. Et quidem cum primum antiquum tabernaculum absolutum est, illud implevit nebula; sic ubi absolutum est à Salomone templum, idem à Deo signum datum est. Sic autem de tabernaculo Exod. 40, v. 32 : *Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testamenti, et gloria.* Illud ad extremum observandum, apud Septuaginta non reperiri hæc verba, nisi in codice Complutensi; in aliis, et maximè Sixtianiis, hæc aut similis sententia reperitur infra v. 54 : *Solem fecit notum in cælo : Dominus dixit habitare in caligine.* Theodoretus videtur hoc ipso in loco, in quo nunc versamur, legisse, sed paulò aliter : *Solem stravit in cælo, et dixit ut*

STARE ET MINISTRARE PROPTER NEBULAM, tum ob reverentiam divinæ majestatis se ostendentis per nebulam, tum quia nebula hæc sensibilior offendebat oculos sacerdotum, eorumque aciem obtundebat et hebetabat. Ita Cajetan.

IMPLEVERAT ENIM GLORIA DOMINI DOMUM DOMINI. Nebulam vocat *gloriam Domini*, quia ipsa erat index et symbolum gloriæ Domini, ut dixi; ideòque erat lucida et splendida. Ita Cajetan.: « *Nebula hæc, inquit, et nebula, et caligo, et gloria Domini appellatur. Ex quibus nominibus colligitur, quòd erat nebula per modum caliginis lucidæ, et ratione lucis appellatur gloria, seu potius honor Domini; ratione verò formæ appellatur caligo; ratione autem materiæ, nebula; erant enim velut vapores nebulosæ caliginis cum splendore, et propterea sensibilibus offendebant oculos sacerdotum ministrantium in altari.* »

(Corn. à Lap.)

habitaret in caligine. Quod sic explicat Theodoretus, quasi Deus voluerit hominem luce frui splendenti, ac liberè ipsi sibi locum obscurum elegerit ac clausum, templum videlicet, quod in eâ præsertim parte, ubi locata fuerat arca, parùm habebat lucis. Ubi Dei singularis benignitas ostenditur, qui sibi angustum elegit, et obscurum locum, ut nobis laxum et splendendum pararet.

VERS. 31. — *ÆDIFICANS ÆDIFICAVI DOMUM IN HABITACULUM TUUM, FIRMISSIMUM HABITACULUM TUUM IN SEMPITERNUM.* Ex his Domini verbis, et obortâ nebulâ sine ullâ naturali causâ, conjectavit Salomon, domum illam et regium studium accidisse Deo non ingratum. Quare ex eo sibi persuasit firmissimum futurum illud opus, et in sempiternum duraturum, quando Deo auctore et auspice inchoatum, et eodem approbante perfectum, et dedicatum est. Abulensis q. 8, hæc verba Deo tribuit, non Salomoni, cui ante promiserat cap. 6, v. 11, sempiternum regnum, si modò in ipsius viis ambularet, et suspicatur, quo tempore cum Salomone locutus est Deus, dixisse illi habitaturum se in nebulâ. Sed hæc verba esse Salomonis ad Deum, non ad Salomonem Dei, liquet ex lib. 2 Par. c. 6, v. 1, ubi hæc eadem repetuntur, quæ proximè à nobis dicta sunt: *Tunc Salomon ait: Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine: ego autem ædificavi domum nomini ejus, ut habitaret ibi in perpetuum.*

VERS. 14. — *CONVERTITQUE REX FACIEM SUAM, ET BENEDIXIT OMNI ECCLESIE ISRAEL: OMNIS ENIM ECCLESIA ISRAEL STABAT.* Manserat rex utpote ex laico atque profano ordine, non modò extra tabernaculum, id est, externam domum, sed etiam extra sacerdotale atrium in ipsâ porticu, quæ illius atrii januæ prætenditur. Ille enim principis locus est, ut ex Ezechielis cap. 46, v. 12, videtur colligi posse non difficilè, nisi dicamus stetisse Salomonem in edito quodam loco in atrio Israël, quod aliter appellatur basilica. De quo hæc eadem narrantur lib. 2 Par. c. 6, v. 13: *Stetit ergo coram altari Domini ex adverso universæ multitudinis Israël, et extendit manus suas: siquidem fecerat Salomon basim aeneam, et posuerat eam in medio basilicæ, etc., stetitque super eam, et deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israël, et palmis in cælum levatis, ait.* Inde rex spectabat, quid in atrio sacerdotali fieret, in quo tot victimarum mactabantur millia, in atrio verò filiorum Israël, et in atrio gentium infinita erat Israelitici populi multitudo, quod spatium erat

sanè laxissimum, et (ut tradunt Hebræi) illius amplitudini aliquid Deus miraculosum addiderat. An illud ab Hebræis fuerit magis audacter quàm verè dictum, ipsi viderint, mihi certè illorum fides semper levis atque suspecta fuit. Narrant illi decem de suo templo, eaque alibi gentium inaudita miracula, quorum unum est, quantacumque esset hominum multitudo, orationis tamen, et sacrificii tempore stetisse laxè omnes, neque se mutuò aut certè adorasse laxatos, cum tamen essent locorum angustiis propter multitudinem coarctati.

Cum ergo Salomon faciem haberet conversam ad sacrificia sacrariaque, re jam sacrificali peractâ conversus ad multitudinem, quæ hoc loco vocatur Ecclesia, quia, quod hoc significatur nomine multitudo erat in unum locum evocata, seu congregata, cui benedixit, id est, benè precatus est, ut ex longâ oratione, de quâ proximè, constabit magis. Quâ in re imitatus fuisse videtur parentis pietatem, qui cum primùm arcam in domum suam introduxit, benedixit populo, qui ad celebrem illam pompam undecumque confluerat, lib. 2, c. 6, v. 17: *Cumque complèssset offerens holocausta et pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.* Quid autem in eâ benedictione operaverit, precatusque fuerit David, silet Scriptura: est tamen verisimile affinia, aliqua dixisse iis qui in hæc Salomonis benedictione ac precatione legimus. Uterque autem tam David, quàm Salomon didicerunt à Moyse, qui postquàm absolutum vidit, instructumque omni apparatu sacro tabernaculum, benedixit populo, Exod. 39, v. 43: *Quæ postquàm Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis, nempe filiis Israël.*

VERS. 15. — *ET AIT SALOMON: BENEDICTUS DEUS ISRAEL, QUI LOCUTUS EST EX ORE SUO AD DAVID PATREM MEUM.* Ex hoc loco ad v. 22, omnia sunt aperta, et à nobis, ut opinor, satis exposita lib. 2, c. 7, à v. 5. Quæ etiam David repetit lib. 1 Par. cap. 22. His autem verbis tantum habemus, quo modo David Domino domicilium excitare voluerit, et cum Deus illius probasset et admisisset animum, opus tamen ab illo in filii curam et studium derivavit, cui multa promisit, modò ne declinaret à viâ, quam Davidi proximè, et multò ante parentibus ostendisset. Egit ergo gratias Salomon, quod suo commendasset generi id, quod nulli unquam homini à temporibus Ægyptiis præcepisset. Quod singularis beneficii loco ponit, et nunc plurimum se debere fatetur illius liberalitati, cum ædificare potuerit domum, in quâ fœderis

locaretur arca, neque dubiis signis ostenderit, quàm accidisset opus illud acceptum.

VERS. 16. — *STETIT AUTEM SALOMON ANTE ALTARE DOMINI IN CONSPPECTU ECCLESIE ISRAEL, ET EXPANDIT MANUS SUAS IN COELUM.* Lib. 2 Par. cap. 6, v. 13, dicitur Salomon stetisse in basi, quam in basilicâ, id est, in atrio Israël excitârat, et deinde cum se supplicem ad orandum componeret, flexisse genua, et solemnè Hebræorum more expansas manus ad cælum elevâsse. De hæc manuum extensione diximus alibi, quod etiam gentilibus familiare fuit, qui manus ad cælum levant, vel cum à Deo precantur aliquid, vel cum juramento concepto divinam testantur fidem, sicut faciunt Hebræi, ex quorum consuetudine apud Virgillum Sinon lib. 2 Æneid.:

Sustulit exutas vinculis ad sidera palmas,
Et ibidem de Cassandrâ, cum auxilium sibi è superis oraret:

Ad cælum tendens ardentia lumina frustra,
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.

Aristoteles hoc commune, et penè naturale putat orantibus, ut ad cælum manus supinas attollant. Sic autem ille lib. de Mundo cap. 7: «Omnes homines ad cælum manus tollimus, preces facturi.» Hoc porrò usitatum fuisse Hebræis, et quasi legitimum, docet Paulus Tim. 1, c. 2: *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus.* (1)

(1) VERS. 22. — *STETIT SALOMON ANTE ALTARE DOMINI IN CONSPPECTU ECCLESIE ISRAEL, ET EXPANDIT MANUS SUAS IN COELUM.* Stabat Salomon in solio suo, donec populo benedixit; sed statim versus in preces, flexit genua, porrexitque in cælum manus, uti constat ex 2 Paralipomenon 6, 15, et in hoc capite inferius, v. 54. Precabantur Hebræi stantes, et primum occurrit hoc in Scripturâ exemplum, flexis genibus precandi; quod tamen deinceps frequenter recurrit. Esdras, flexis genibus, porrectisque in cælum manibus Deo supplicat. Futurum prænuntiat Isaias 15, 24, Dei nomine loquens, ut sibi *curveetur omne genu.* Daniel flexis genibus et ore ad Jerosolimam verso, ter quotidie orabat. Servaturum se sibi in Israël dicit Eliæ Dominus septem millia, quorum genua non sunt incurvata ante Baal. In novo Testamento S. Petrus, et S. Paulus, et S. Stephanus genu flexo orabant, quorum exemplum universa Christianorum Ecclesia secuta est.

Mos supplicandi porrectis in cælum manibus, notissimus est tum in Scripturâ, tum pariter in profanis. Psalmista: *Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Virgilius de perfido Sinone:

Sustulit exutas vinculis ad sidera palmas.
Orabant etiam flexis genibus. Ovidius de Acteone in cervum converso:

VERS. 23. — *NON EST SIMILIS TUI, DEUS, IN COELO DESUPER ET SUBTER TERRAM DEORSUM* (1). Hæc etiam non obscura sunt ad v. 27. Tantum enim petit Salomon, ut præstet Deus, quæ parenti Davidi de stabili in suâ progenie imperio promiserat. Exorsus autem est Salomon precationem suam ad Deum oratorum more, dum illius in promissis constantiam commendat. Quod parentis sui exemplo confirmat, cui Deus non minùs fideliter divinam liberavit fidem, quàm antea obligârat liberaliter. Solent autem oratores eas maximè commendare virtutes in eo, à quo aliquid obtinere student, quas sibi ad suam precationem, et vota maximè vident esse necessarias. Cætera explicatione non egent.

VERS. 27. — *ERGONE PUTANDUM EST QUOD DEUS VERÈ HABITET SUPER TERRAM* (2)? Non dubitat *Et genibus pronus, supplex, similisque rogant,*
Circumfert tacitos, tanquam sua brachia, vultus.
(Calmet.)

(1) *Seigneur Dieu d'Israël, il n'y a point de Dieu qui vous soit semblable, ni au plus haut du ciel, ni sur toute la face de la terre, etc.* Quand on considère que celui qui parle ainsi était le prince le plus puissant, le plus glorieux, le plus magnifique et le plus riche qui fut peut-être jamais, on ne peut pas n'être point touché de ce profond anéantissement dans lequel il entre en la présence de Dieu. Il n'ose presque lui parler en son propre nom. Il se couvre en quelque sorte de celui de David, son père. Il ne parle que de lui. C'est sur ce David qu'il prie Dieu de vouloir jeter les yeux. C'est de lui qu'il le conjure de se souvenir pour lui conserver sa miséricorde. Pouvait-il mieux faire connaître à tous les pasteurs de l'Eglise que lorsqu'ils offrent à Dieu publiquement leurs prières, tant pour eux-mêmes, que pour tout le peuple, comme ils y sont obligés par leur ministère, ils doivent toujours lui demander qu'il jette les yeux sur le vrai David, c'est-à-dire sur Jésus-Christ? Et ne voyons-nous pas aussi que la sainte Eglise divinement inspirée leur met tous les jours cette prière en la bouche, que c'est par lui seul et en son nom qu'ils ont sujet d'espérer sa miséricorde? C'est par là qu'elle finit toutes ses prières.
(Sacy.)

(2) *Est-il donc croyable que Dieu habite véritablement sur la terre? Car si les cieux et le ciel des cieux ne peuvent point vous comprendre, combien moins cette maison que j'ai bâtie vous comprendra-t-elle? Il semble, selon la remarque d'un savant homme (Estius), que ces paroles de Salomon soient contraires à ce qu'il a dit auparavant, qu'il avait bâti cette maison, afin qu'elle fût la demeure du Seigneur, et que son trône s'y affermit pour jamais. Mais ce prince, comme dit ensuite le même auteur, lève lui-même cette contradiction apparente, et distingue nettement deux différentes manières: l'une, en laquelle Dieu, qui est un pur esprit, peut habiter dans un temple, quoiqu'il soit fait par la main des hommes; et l'autre, en*